09.A/32-003

Viro Perillustri
Georgio Bentham
s. p. d.
Robertus de Visiani Londini

Litteras humanissimas, quibus me nil tale merentem, celeberrima Linnaeana Londinensis Societas in numerum Sociorum suorum exterorum cooptare dignata est, laeto gratoque animo accepi. Nil enim aut dulcius aut honorabilius, nec ullum magis optatum laborum praemium ac tam benevolum de hisce judicium a Viris laudatissimis latum, et adeo solenni modo publici juris factum.

Quapropter Te, Vir eximie, humillime rogo, ut illustri Societati, cui dignissime praesides, pro honore in me collato maximas uti par est gratias referas, eamque certiorem facias, me totis semper conatis viribus, ut tanti sodalitii immeritus expers non videar.

Patavii die XX Junii MDCCCLXX.